



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. De Vestinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

bus ab Umbriâ distinguebatur; à *Septentrione* mari quoque Supero tingebatur; denique à *Meridie* fluius *Marrinus Atri*, hos à *Vestinis* disiungebat.

DIVISIO. Picenum aliud est Verum, aliud Adiectitium: tres autem agri additi sunt Piceno, *Palmensis*, *Prætutianus*, & *Hadrianus*.

PALMENSIS AGER, cuius mentionem facit Plinius, ut Cluuerius arbitrabatur extendebatur à Truento fluuiio *Tronto* ad Heluinum Fl. hodie *Salineli*: sed iam pridem accesserat Piceno: expulsis ex eo Liburnis: & eius extare vestigia putat Cluuerius in turre maritimâ, vulgò *Torre di Palma*.

PRÆTUTIANVS, aliter Præcutinus, & Præcutius, ut vult Leander, vnde vina Prætutiana Plinio. Hic autem ager sicut & subsequens à Piceno distinctus erat, nam Lilius post agri Piceni mentionem ait subsequi agros Prætutianum, & Hadrianum.

HADRIANVS ab Hadriâ vrbe nomen accepit, quam suspicor fuisse Coloniam Etruscorum qui ad Padum accolebant, & hic ager quemadmodum & præcedens tantum sub Imperatoribus adiecti sunt Piceno.

NVM. 2. De Vestinis.

NOMEN. Suidas Βεστίνος appellat, & sic dictos esse credit ob ferinos, & belluinos mores ἔθρος θηελώδες τὸν τρεῖς ποταμ.

ORIGO. Quænam fuerit eorum origo dubitatum à quibusdam. Samniticam gentem vocat Strabo; alij tribuunt illis genus Illyricum. Vestini fuere fortissimi, seu cum prima gessere bella cum Romanis, seu eos sequuti sunt ad orbem edomandum, seu cum bello Marsico tam fortiter cum aliis locis pugnaere.

FINES. A *Septentrione* Marrino Fl. diuiduntur à Piceno; ab *Occidente* Aterno Fl. à Marfis; ab *Meridie* eodem Aterno *Pescara* à *Pelignis*, & *Marrucinis*: ab *Oriente* denique Supero mari verberabantur.

NVM. 3. De Marrucinis.

NOMEN & ORIGO. Aliter Maruncini, corruptè Appiano Marucini: à Marfis nomen habent sic loquente Catone, *Marrucini de Marso detortum nomen.*

Parall. Geogr. Tom. II.

I Ii